

vocabulo in Galilea in loco et infra limites eorum hiis propriis sumptibus et expensis ac christifidelium elemosinis erigi, construi ac de novo notabiliter edificari fecerunt et procuraverunt, unde nobis per predictam Petronellam aliasque suas consoroeres humiliter et cum magna constantia supplicaverunt, quatenus eis licentiam, consensum pariter et auctoritatem concedere dignaremur, ut eis liceat campanillam in huius modi earumdem capella suspendi et illam congruis temporibus pulsari facere et procurare. Nos igitur ipsorum precibus inclinati, pietatis intuitu ac propter Deum et de gratia speciali, pro nobis et nostris successoribus dictis Petronelle aliisque sororibus, pro tempore existentibus, premissa faciendi licentiam, consensum pariter et auctoritatem concedimus, largimur et impartimur, hoc tamen pro viso quod (Het overige juist zooals voor de Cellebroeders, uitgenomen dat voor *pater* mater en voor *fratres* sorores staat). Anno Domini 1515 more scribendi Gallicano die prima mensis Februarii.

*Cartularium Ad. Elout, fo 73 r.*

6.

Het kapittel van S. Gommarus te Lier geeft zijne toestemming aan de stichting van 't klooster der Karthuizers te Lier.

3 Mei 1549.

Universis et singulis presentes litteras visuris pariter et audituris, vicedecanus et capitulum ecclesie collegiate sancti Gummari Lyerensis, Cameracensis dyocesis, salutem in Domino.

Exposcit nostre devotionis debitum ut eis, pre ceteris condignos impartiamur favores, quos arctiori regule inservientes Deo creatori gratos credimus et acceptos, quo magis illorum interventu aliorum supportentur defectus et eorum sancto consortio Dei populus edificetur. Cum ergo venerabiles et religiosi in Christo patres, prior, procurator, vicarius ceterique possessores cum communi conventu ordinis Carthusiensis, quorum monasterium pridem apud oppidum Antwerpense, in loco dicto Ten Kiele, superioribus annis miserabili in-

condio demolitum ac funditus deletum est, in dicto oppido Lyerensi nostrique jurispatronatus, novum monasterium fundare, construere et erigere inceperunt, ac inibi divina officia et monasticam disciplinam et observantias regulares instituere, exercere et observare proponant et desiderant, pro parte dictorum prioris, procuratoris, vicarii unacum communi conventu, nobis fuit humiliter supplicatum ut nostrum, quorum plurimum interest, ad hoc consensum et auctoritatem impendere dignaremur et vellemus.

Nos igitur, vicedecanus et capitulum dicte ecclesie sancti Gummari, sperantes novam hujusmodi erectionem, foundationem ac institutionis opus ad laudem Dei omnipotentis et plurimarum salutem animarum proculdubio successurum ac sperantes summopere sanctarum precum aliorumque piorum operum que inibi, cooperante Domino, in futurum fient, fore participes, volentesque dictis priori, patribus et communi conventui ac operi sancto hujusmodi, quantum absque ecclesie nostre antedicte (cuius indemnitati jurejurando consulere astringimur) prejudicio ac detrimento possumus, morem gerere et nos favorabiles exhibere, monasterium hujusmodi, ordinis Carthusiensis, ecclesiam, campanile, campanam et crucem, refectorium, dormitorium, cellas fratrum, domus ambitum, septa, clausuras et officinas alias, iuxta morem ipsius ordinis necessarias et requisitas, fundandi, constituendi, erigendi, instituendi ac inibi divinum officium nocturnum pariter et diurnum ceterasque ceremonias, monasticam disciplinam, observantias regulares legendi, dicendi, cantandi et exercendi, licentiam concedimus et facultatem, proviso quod nullo unquam tempore cuiquam licitum erit eisdem temporibus, quibus in ecclesia S. Gummari aut in sacello divi Petri dicti oppidi Lyerensis verbum Dei predicabitur, contionem habere ad populum; proviso etiam quod prior et conventus dicti novi monasterii ad honorem Dei omnipotentis et beati Gummari, confessoris, dicte ecclesie et oppidi Lyerensis patroni, festa, solemnitas undecima octobris et translationis eiusdem sancti Gummari decima septima martii mensium diebus quotannis imperpetuum sub duodecim lectionibus celebrare et observare ac in dictis festivitatibus solemnitatis et translationis S. Gummari pro felici dicte ecclesie

Lyerensis dominorumque decani et vicedecani et capituli et eorum pro tempore successorum statu per sacerdotem, inibi summam missam celebrantem, collectam de Sancto Spiritu, videlicet Deus qui corda fidelium, dici seu cantari facere debeant et teneantur.

Item licebit eisdem priori et conventui omnes et singulas oblationes, per christifideles in huiusmodi monasterio deportandas, in trunco ibidem ordinando projiciendas vel ad monstrantias aliquas efferendas, recipere et in usum suum convertere, oblationibus tamen quibuscumque ad stolas et ad manum sacerdotis apportandis curato ecclesie Lyerensis reservatis semper, salvo si quis ibidem eligat sepulturam et petat missam celebrari, poterit prior sive conventus oblationes tunc ad stolas offerendas recipere, proviso quod heredes talis defuncti prius a curato ecclesie S. Gummari licentiam petant et de juribus funeralibus satisfaciendis et exequiis celebrandis in dicta ecclesia Lyerensi cautionem sufficientem ponant aut alioquin curatum et rectores fabrice eiusdem ecclesie contentos reddant.

Item licebit eisdem religiosis suis monachis, conversis, donatis, professis et novitiis omni tempore ecclesiastica ministrare sacramenta et eosdem sepelire, eo eosdem adjuncto quod quicumque fratres, qui pro tempore domum eandem sive idem monasterium anima et intentione ibidem perpetuo manendi et regulam eiusdem ordinis profitendi ingredientur, liberi erunt et absoluti ab omnibus juribus et oneribus parochialibus et personalibus, predictae ecclesie parochiali sancti Gummari et curato pro tempore existenti competentibus et competituris, proviso tamen in hoc quod ipse prior et conventus in signum recognitionis nostri juris patronatus dominis decano seu vicedecano et capitulo pro tempore existentibus, singulis annis, feria sexta ante festum nativitatis beati Joannis Baptiste, unum florenum carolinum per aliquem fratrem dicti monasterii solve et deliberare tenebuntur.

Item familiares dicti monasterii, qui per expressum votum non sunt Deo dicati, et alii seculares, qui infra septa dicti monasterii habitant seu pro tempore habitabunt, in quatuor principalibus festivitatibus anni, scilicet Nativitatis Christi,

Pasche, Pentecostes et Omnium Sanctorum, debent dictam ecclesiam S. Gummari visitare et inibi missam et divinum officium audire et Deo facere suas oblationes; habebunt quoque, saltem semel in anno, circa festum pasche, curato dicte ecclesie Lyerensis tanquam proprio sacerdoti sua peccata confiteri et ab ipso suscipere venerabile sacramentum Eucharistie, nisi super premissis curatus cum ipsis dispensaverit; quo casu ipsi in predictis quatuor festivitatibus anni divina audire, in festo pasche confiteri et communicare apud prefatum monasterium poterunt de licentia curati. In aliis festivitatibus prior et fratres, in sacerdotio constituti, quibus ipse prior id duxerit committendum, poterunt suorum familiarium et secularium predictorum, intra septa prefati monasterii pro tempore habitantium, confessiones audire, penitentiam eis injungere salutarem ac quotiens opus fuerit ecclesiastica sacramenta ministrare, jure tamen prefate ecclesie parochialis in omnibus semper salvo.

Item licebit eis familiares suos, apud eos decedentes, ac etiam alias personas que sunt de parochia S. Gummari, apud eosdem sepulturam suam eligentes, sepelire, dum tamen ad hoc per priorem aut aliquem de dicto conventu inducti non fuerint, salvo quod curatus dicte ecclesie S. Gummari cum illis qui ad hoc rogabuntur corpora suorum parochianorum ad sepulturam deducet et sepeliet; salvo etiam quod exequie celebrabuntur in dicta ecclesia parochiali que omnia jura funeralia similiter et curatus habebunt, prout hactenus habere consueverunt, et hoc de commensalibus non autem de prebendariis. Insuper dictis priori, procuratori aut alicui de conventu nunquam licebit aliquem de parochia divi Gummari inducere ad promittendum, vovendum vel jurandum eligere sepulturam aut electam non immutare vel exequias in eodem monasterio celebrare, alioquin talis electio nullius erit roboris, ymmo qui sic elegerit non apud dictos fratres sed apud dictam ecclesiam sepelietur. Et si prior aut fratres predicti corpus sic eligentis sepelire presumpserint, omnia que occasione huiusmodi sepulture provenerunt curato dicte ecclesie restituere tenebuntur intra decem dies. Item si contigerit aliquam personam que non sit de parochia sancti Gummari eligere suam

sepulturam apud prefatos Carthusienses, licebit eisdem eisdem personas in loco petito sepelire et exequias celebrare, salva curato et dicte ecclesie parochiali medietate omnium funeralium, reliqua medietate ipsis Carthusiensibus reservata, nisi fecerint exequias celebrari in ecclesia S. Gummari. Et si dicte exequie huiusmodi personarum, de parochia sancti Gummari non existentium, cum suis solemnitatibus actualiter non fierent, tunc emolumenta, provenientia ex dictarum exequiarum cum suis solemnitatibus compositione heredum aut executorum talis defuncti, mediatim cedent dicto monasterio et mediatim curato et ecclesie S. Gummari, salvo quod huiusmodi compositio per illos de dicto monasterio fieri non debet nisi in presentia deputati per capitulum curati et rectorum fabrice, et hoc cum eorum consensu ita ut tals defuncti septenarium et tricenarium celebrabuntur in dicta ecclesia S. Gummari et illorum comoda curatus dicte ecclesie solus et in solidum recipiet et habebit.

Et ut dicti priores, patres futureque monasterii possessores et fratres pro tempore nos et nostros successores tanto alacrius precum suarum et bonorum operum participes efficiant, fundum presentem cum suis septis modernis, prout hoc anno presenti idem monasterium muratum et comprehensum est, cum quadam petia terre triangulari dicta den Drijhoeck, empta ab Henrico van Campe, et horto sagittariorum, vulgo den Coleveniershof, si illum acquirere contingat ac prato ipsorum dicto Coeart, sito apud pratum dictum den Stockbeempt, in quo dictus prior et conventus vivarium et domum quamdam construxerunt, qui tamen fundi nobis decimales sunt, pro huiusmodi monasterio ab hoc tempore in antea a solutione quacumque decimarum, etiam animalium intra septa eiusdem monasterii nutriendorum, pro nobis et nostris successoribus in futurum propter Deum liberamus et quitamus ac liberos esse volumus et decernimus, jure tamen nostro in reliquis terris infra limites et metas nostrarum decimationum, ubicumque extra septa moderna prefati monasterii per eosdem priorem et conventum dicti monasterii pro tempore forsan acquirendis et possedendis, nobis et nostris successoribus reservato, et illas propriis manibus suis sive per suos fratres

conversos, donatos aut alios colonos, censitos sive pactionarios quoscumque coli contingat, etiam si ipsi animalia sua aliis nutrienda tradiderint aut extra suum monasterium in grandis etiamsi per suos conversos tenerint. Tunc prefati decanus et capitulum decimas percipient ac si eadem animalia ad alias personas privatas non privilegiatas pertinerent. Et si ipsi prior aut fratres aut ipsorum successores terras cultas, capitulo seu ecclesie Lyerensi decimales, in prata seu pascua, nemora seu vivaria redigerent, tunc quoad illa in solvendo vel non solvendo decimas stabunt eo jure, quo ibidem in similibus alie communes persone non privilegiate utentur. In quorum omnium et singulorum fidem et testimonium premissorum presentes litteras exinde fieri et per notarium nostrum infrascriptum subscribi sigillique nostri majoris, quo in talibus utimur, jussimus et fecimus appensione communiri. Datum et actum in loco nostro capitulari, nobis ibidem capitulariter congregatis et capitulum representantibus, anno Domini 1549 mensis Maii die tertia.

Nos vero, frater Petrus Theodorici, prior, et frater Symon van den Roeye, procurator dicti monasterii noviter erecti, tam nostro quam totius commnis conventus et nostrorum successorum pro tempore futurorum nominibus, omnia et singula premissa gratanter acceptavimus eaque omnia et singula quatenus nos et nostrum prefatum conventum nostrosque successores concernunt aut concernere poterunt, quolibet in futurum laudabiliter et inviolabiliter observare et contra ea nunquam facere aut venire per nos ipsos, alium seu alios quovis quesito colore aut ingenio solemniter promissimus et promittimus per presentes cum ea etiam conditione, si contingat in posterum nos aut nostros successores prefatos aut aliquem eorum contra premissa aut eorum aliquod facere aut venire quovis modo, toties quoties id contigerit, penam trium librarum grossorum monete Brabantie irremissibiliter per nos aut nostros successores solvendarum et ad usum fabrice dicte ecclesie Lyerensis applicandarum incurremus ipso facto. Renunciamus per expressum omnibus et singulis exceptionibus doli, metus, vis, fraudis in factis actionum ac quibuscumque qualitercumque editis et edendis privilegiis, ordini et monasterio nostris seu nobis quolibet concessis et concedendis,

ac omnibus et singulis aliis exceptionibus utriusque juris remediis, cavillationibus, defensionibus et subtergagiis, quibus contra premissa aut eorum aliquod dicere, facere vel venire possemus aut nos quolibet tuere et specialiter juri dicenti generalem renunciationem non valere nisi precesserit specialis. Accedente etiam ad premissa consensu et assensu reverendorum in Christo patrum fratris Joannis de Meerhout, prioris domus beate Marie Virginis de gratia apud Bruxellam, Cameracensis dyocesis, et fratris Joannis Gaius, prioris domus beate Marie Virginis apud montem sancte Gertrudis, Leodiensis dyocesis, commissariorum capituli generalis ordinis Carthusiensium province Teuthonice, ad hoc per capitulum generale totius ordinis Carthusiensium deputatorum, premissa omnia et singula laudantium, approbantium, confirmantium et ratificantium. In cuius testimonium sigillum nostri conventus presentibus duximus appendendum. Actum in oppido Lyerensi dicte Cameracensis dyocesis in edibus Augustini Noydens, presbiteri, sacra apostolica auctoritate et dicti capituli Lyerensis notarii jurati, per consilium Cesaree majestatis in Brabantia ad exercitium officii tabellionatus admissi, presentibus ibidem venerabilibus et circumspectis viris, dominis et magistris Adriano Elout vicedecano et Augustino de Tapis presbiteris, dicte ecclesie canonicis, ad hoc per dictos dominos de capitulo deputatis et provisionem huiusmodi a nobis nomine dicti capituli recipientibus, anno Domini 1549, mensis Maii die quinta.

*Cartularium Ad. Elout*, fol. 75 et 76 r. et v.

P. J. GOETSCHALCKX.

## STRATEN VAN ANTWERPEN EN OMTREK

DOOR

EDM. GEUDENS

(XXXVI<sup>e</sup> vervolg).

### WOLSTRAAT

Oudtijds genaamd *Cobbenhol* of *Groot Coppenhol*, nam deze straat haar huidige benaming over van de hedendaagsche *Oude Beurs* (1). Niet zonder moeite — men zal het verder merken — konden de aantekeningen van het *Charterboek* in 't klare getrokken worden. Zelfs was er eene te vinden onder rubriek "*Wijngaertstrate*". Toegegeven dat dit eene missing was, diende toch het eerstkomende artikel onderzocht en ter behoorlijke plaatse gesteld.

#### *Wyngaert strate.*

F<sup>o</sup> XIIIJ. — Item .vi. guldene hallinghe van florēn. tsiaers erflec daer scepenē Irēn af sijn dene helft te ghevene te kersavonde eñ dand(er)e helft te sente Jans misse op huys eñ gront datmen heet de heerbrant ghestaen in de wijngaert strate opten hoec van copenhole vore de kipdorp porte dat Peter, Hughs cupers sone, terve daer up nā. Eñ nu Heine de Hert de aenslaghe(er)e daer up houdende es erflec. Eñ dat ieghen hem vercreghen heeft Jan Persemier de riemmak(er)e (1374-1378). Eñ nu houdende es Gielij de lepelmak(er)e (1386?) [Eñ boven desen vorseiden chijs die de heilighe gheest als nu op dit vorseide huys heeft, soe staet hem noch toe te comene na Gielij lepelmakers lijf dorgaens die helft vandē ghehelē huys welke helft vandē ghehelen huys Gielij lepelmakers eerste wijf den heilighen gheest i(n) aelmossenē gaf na Gielij lijf ghelijc als haer testament wel verclaert, welc testamēt Peter Graet als testamētoere vander vorseider vrouwē noch onder heeft]. Eñ nu Merten de Maech backer. Nu Willem Waerloos back(er)e (XV<sup>e</sup>). Nu de weduwe Smagers.

Wat tusschen haakjes staat is doorgehaald, blijkbaar

(1) Zie onder *Oude Beurs*.